



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Auszührlicher Bericht/ vnd gründliche Warheit Von einer
vnd beyderley gestalten desz allerheiligsten vnd
hochwirdigsten Sacraments deß Altars**

Bellarmino, Roberto

Gedruckt zu Meyntz, 1596

VD16 B 1593

Reverendo, Nobili, Atqve Clementi Dn. Eberhardo Vvolfgango ab
Heussenstam Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ Canonico capitulari, nec
non nobilis Collegij ad S. Albanum extra muros Decano dignissimo, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-36477



REVERENDO, NOBILI,
ATQVE CLEMENTI DN. EBER-
HARDO VVOLFANGO ab Heuf-
senstam Metropolitanæ Ecclesiæ Mogun-
tinæ Canonico capitulari, nec non nobilis
Collegij ad S. Albanum extra muros
Decano dignissimo, &c. Domi-
no suo gratioso, &c.

S. P. D.



EVSSENSTAMMIADV M quondam
sate sanguine claro,
Hos mitto versus, en EBERHARDE,
tibi.

En EBERHARDE tibi nostri monumenta laboris,
Teutona quæ nuper versio nostra dedit.
Quicquid id est operis, tibi, vir dignissime laude,
Inscribo proprium, mancipo, trado, dico.
Hoc fecere tui mores, Genus, & tua virtus,
In te quæ veluti sydera clara micant,

Pieridum

REVERENDISSIMO

Pieridum decus omne tenes, te docta Thalia,
Melpomeneq; potens artibus instituit.
Calliope tibi fida comes, te Palladis aula
Dulciter enutrit nocte dieq; simul.
Hippolytus te castus amat, pudibundaq; semper
Virgo Diana tuo gaudet adesse choro.
Te quoq; commendat rerum largissimus usus,
Quæis inopum vitam, pauperiemq; lenas.
Quid sacrae pietatis opus? cultus quid auiti
Commemorem studium? Catholicamq; fidem?
Quid reliquas dotes referam? quid cætera dona?
Interius quibus es cultus, & exterius?
Namq; tuo vultu resplendet gratia magna,
Magnus in eloquio, magnus in ore lepos.
Te verbis mitem Dominum, te corde benignum
Agnoscent omnes, qui tua tecta petunt.
Hinc te, vir generose, manet spes magna tuorum,
Nam foris es clarus, clarus & ipse domi.
Hac ego permotus famâ, Reuerende DECANE,
Offero nunc supplex hæc mea scripta tibi.
Exiguum, VOLFGANGE precor, defende laborem,
Vt Cynici ledant liuida verba minus.
Est opus incultum, fateor, crassaq; Mineruâ
Congestum, cuius nec stylus arte valet.

)((2

Res

*Res tamen ipsa latens grauis est, gustuq; suavis,
Quae mentem varijs afficit esa bonis.
Nesciream tibi concedant pia Numina vitam,
Defendatq; tuos cura benigna Dei.*

M. K. N.



APO